



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

8. Non judicandos de peccato, qui in corpore damnum aliquod sunt passi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Sic Iudeæ accidit, quem à Dño permisum, ut se suspenderet, nemo scandalizatur. Cum pecunia vitam dedit, qui veram vitam pro pecunia vendidit, ante ipsum Simonem Simoniacus factus, Magistri sui venditione. Quid doletis, miseri, si vobis milites absulerunt, quod è templis & aris, quod Sacerdotibus & Monasterijs antè ipsi rapuistis? Antiquè dictum est: *Malè parta, malè dilabuntur.* Nulli fures diu manent opulentí. Dum Philippæum elepunt, talentum amittunt; nec raro, qui ærarium suum de Ecclesijs auxerunt, tota perdiderunt regna. Nemo scandalizetur, si videat diuites mendicare, qui, ut diuites essent, priùs ipsi multos mendicos fecere. Sic cum eis agitur lege talionis. Quæ in alios perpetrarunt, patiuntur. Quid conqueruntur de re, cuius exemplum fuerunt? Equum quidam è pascuis abegit, freno ephippioque carentem: frenauit, ephippio texit, mox iterum vñà cum freno ephippioque amisit. Quotidiana sunt hæc hodie apud milites. Nam ante paucos annos in vicinia nostra, nostis militem vix è pago cum equo exiisse, cui extra pagum alij duo commilitones & equum & vitam eripuerunt. Hoc lucrum fuit raptoris. Infinita sunt, quæ sine diuino utique judicio non contingunt. Quād longum catalogum contexuit Dv̄s eorum maiorum, quæ se immisurum minatus est legis transgressoribus? *Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata ciui, & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in civitate, maledictus in agro. Maledictum horreum tuum, & maledicta reliquæ tua. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuae, armenta bovinæ tuorum, & greges ovinæ tuarum.* Et quæ longo ordine sequuntur. Hæc omnia locutus est nobis Dv̄s, ut non scandalizemur, si auferat bona ad vitam necessaria: aufert enim vel ut summus omnium rerum Dominus; vel ut det benè meritis, aufert ab indignis, ut quondam ab Ægyptijs, per Israëligas ex Ægypto discedentes; vel ne fiamus calo indigni. Beneficium hoc est, non furtum. *Quod facit cum bonis nostris, facit & cum membris nostris.*

VII.

*Deuter 28 13
& seqq.*

Nam aufert subinde, aut crudelissimè auferri sinit iam hoc, iam illud membrum, mutilatque hominem, aut etiam penitus deartuat,

VIII.

136 Cap. XIV. Morborum ac mutilationū causas indagandas esse.

dearuant, quemadmodum suprà dicto seruo accidit. Respondendum est istis (atque ad hoc responsum tota hospitalia, omnes

Matth. 18. 8. ægros, languidos, mancos, cæcos, claudos cito, & adesse jubeo)

in primis cum Christo: Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem eternum. Item: Bonum tibi est, cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Tametsi ergo non semper in peccatum hæc talia accidunt, accident tamen

Ioan. 9. 1. ad patientiæ coronā. Viderunt aliquando cum Iesu, hominem secundum à nativitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus:

Neg, hic peccavit, neg, parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo. Vitium est enim hominum, in aliorum calamitatibus, Dei judicium citare, & peccati poenam censere, quod & amici Iob fecerunt. Sed sæpe errant, ut & Apostoli ex ignorantia interrogauerant, an hic peccârit, ut cæcus nasceretur? non poterat peccare antè, quam nasceretur, quare neque mereri potuit, ut cæcus nasceretur. Propter peccata autem parentum sanè non raro filij puniuntur temporali calamitate, sicut propter adulterium Dauidis infans mortuus est, & propter flagitia Sodomitarum, etiam filij infantes arserunt; item propter peccatum, Dathan & Abiron, terra etiam filios eorum deuorauit, cùm enim filij sint pars quedam parentum, in illis isti plectuntur, teste Augustino & Gregorio. In hoc ergo non errarunt Apostoli,

z. Reg. 12. Gen. 19. Num. 16. S. August. 1. 6. qq. ver. testā. e. 8. S. Greg. lib. 35. moral. cap. 31.

etiam filii in fantes arserunt; item propter peccatum, Dathan & Abiron, terra etiam filios eorum deuorauit, cùm enim filij sint pars quedam parentum, in illis isti plectuntur, teste Augustino & Gregorio. In hoc ergo non errarunt Apostoli, quod putârint parentes aliquando in filiis suis puniri, aut filios propter sua peccata plecti. At in eo errarunt, sicut multi homines, quod putârint, non infligi has poenas, nisi propter peccata. Itaque nemo temerè judicandus est, quasi peccatis meruisset suā calamitatem, in quam incidit. Sæpe nec ipse, nec parentes peccauerunt, sed ut manifestentur opera Dei in illo, hoc est, ut patientia eius, sicut in Iob, hominibus ante oculos ponatur; est enim patientia opus Dei: Aut, ut etiam potentia Dei miraculo aliquo patet, quod diuinitas Christi declareret, quale miraculum à seculo non auditum fuit, cæci nati, scilicet illuminatio.

IX. Neque hic est scandali causa. Si quis enim querat, cur hic cæcus natus sit, non ob peccatum, sed ut manifestaretur glo-

ria